

Psal. 65.  
Die Wohn-  
nung in der  
Wüste sind  
fett / das sie  
trieffen / vnd  
die Hügel  
umbhero lus-  
stig. Die  
Anger sind  
voll Schaf-  
fe / vnd die  
Äwen stehen  
dick mit  
Korn / das  
man auch  
get vnd sin-  
get / &c.

Sic de zona  
torrida  
scribunt  
Astronomi

Latium  
iam Italia.  
Pyrenæi in  
finibus  
Galliæ pro-  
pè Gasconi-  
am.  
Saltus O-  
thonis vul-  
gò der Ot-  
tenwalde.  
vide Mun-  
sterum lib.  
3. de Ger-  
man. cap.  
362.

# DE EMINEN- TIA ET SPLENDORE

THEATRI HVIVS MVNDI,  
QVODQVE IN OMNIBVS LOCIS HOMI-

nes sint ; atque à Deo alantur & sustententur, Carmen, in  
gratiam doctissimi viri, Dn. M. Ioannis Helderi, cele-  
bris Gymnasii Gothani Rectoris, scriptum à  
Wendelino Helbachio Molyber-  
gense Thuringo, P.L.

Anno 88.



IL vacuum toto reperitur in orbe, sed oris  
In cunctis homines vult habitare Deus.  
Sit licet hirsutus locus, aut scopulosus & asper,  
Et sterilis saxi penè tegatur humus.

Sic homines multis in finibus esse videmus,  
Penè vbi non homines viuere posse putes.  
Pars madidos habitat nidos, pars altera siccos,  
Hæc deletatur vallibus, illa iugis.  
Alpibus in celsis ita plurima turba moratur,  
Qui de Germanis, arua Latina secant.  
Multa colunt etiam Pyrenæos agmina montes,  
Ac homines Nebrus, Nifus & altus, habet.  
Helueticosq; habitant nexi quoq; fœdere muros,  
Nil vbi quàm petras, & iuga celsa vides.  
Inq; locis, homines habet Hefidos ora, iugosis.  
Ac homines passim saltus Othonis habet.  
Et scopulos homines pendere videmus ad altos  
Hennebergiaci sub ditione ducis.

Atque

DE EMIN. THEATRI VRBIVM.

Atque fouent hominum populosus vndique cœtus,  
 Herciniæ tractus, Thyrigetumque nemus.  
 Adde Bohemorum (quos Teutones vndique cingunt)  
 A Bauaris cultum quod fuit ante nemus.  
 Infuper excelsos habet inelyta Francia montes,  
 Quos homines omni parte habitare solent.  
 Vnde vides passim celtas in rupibus arces,  
 Nobilibus multis principibusque coli.  
 Quin & Hyperboreos hominum quoque plurima montes,  
 Turba sub Arctoa frigiditate colunt.  
 Talis & hospitium mortalibus insula præbet,  
 Quam nec Arabs vidit, terra nec vlla prius.  
 Est quibus ignotus rex Christus & incola cœli,  
 Se pecudumque putant instar obire diem.  
 Sic homines calido, fert terra, propinqua Canopo,  
 Sic homines Boreas vesper & ortus habet.  
 Quosque pedes scimus aduersus sistere nostros,  
 Alter vbi calidam conspicit axis humum.  
 Hi simili quamuis non commoditate fruuntur,  
 Felicem quisquis se tamen esse putat.  
 Et sua præ reliquis arridet patria cuique,  
 Quodque colit vitæ sospes in orbe genus.  
 Vnde fit hic verum, vulgo quod dicitur illud,  
 Cuique suum pulchrum est & sua quisque probat.  
 Omne solum forti patria est, & vbique morari  
 Nouit, & in toto consulit orbe boni.  
 Hic dubio totam traducit in æquore vitam,  
 Nil præter nubes, & freta lata videns.  
 Hunc iuuat ad cursus, & amabile murmur aquarum,  
 Degere, quas Musis dixeris esse sacras.  
 Hunc iuuat in syluis tacitam traducere vitam,  
 Hunc teneræ valles prataque picta iuuant.  
 Rus colit hic, alter munitas turribus vrbes,  
 Hic celsa vitam lætus in arce terit.

Insulæ in  
 America  
 quas Ioh.  
 Staden.  
 Homberg.  
 primum  
 descripsit  
 & aliquot  
 annos in  
 his vixit.  
 Antipodes.

Cic. Patria  
 est, vbicun-  
 que bene  
 est.

Widermans  
 Erb in allen  
 Landen.  
 Schiffent.  
 Teste Loti-  
 chio.

Aulica vita

*DE EMINENTIA*

Paulo teste.	Vnde vides homines vtroque sub axe morari, Nec vacuus toto quod sit in orbe locus. Sed licet hi passim variisq; morentur in oris, Nec cuncti norint, qui colit astra, Deum. Nec quærant omnes in Christi morte salutem, Hos tamen æternus nutrit vbique pater. (Namq; dat iniustis iustisq; fideliter imbres     ” Tamq; bonis fulget Cynthius atq; malis.)     ” Et sua fors cuique est, & quem suus ordine cunq; Distribuente Deo nutrit in orbe status.
Gen. 3. cap	Quilibet & viuit manuum sudore suarum, Iussit vt omnipotens viuere quemq; Deus.
Monarc ha & potētes. Facultates.	Sic illum grauitas alit atq; potentia sceptri, Hunc vox doctrinæ plena salubris alit.
Theologia iurispru- dentia.	Sic quod diuitiis cultores pluribus auget, Diuite Ius illum nutrit vtrumq; situ.
Medicina. Artes libe- rales,	Quodque Tonans omnis dedit ægrotantis ad vsum, Hunc studium Medicæ suauiter artis alit. Diues adhæc etiam Medicorum portus & aura, Mixtura viuit Pharmacopola sua.
Gramma- tica.	Hunc ars prima Scholis alit in triuialibus, instar Quæ reliquas artes clauis adire facit.
Dialectica Rhetorica.	illum, quæ sequitur Dialectica nutrit, & illum, Tertia, de celebri, Rhetore nomen habens.
Musica la- ritia co- mes.	Illum dulcis alit quæ fertur in ordine quarta. Musica, mortales cœlicolosque mouens.
Arithmeti- ca.	Conueniens, illum, tribuit cui nomen Arithmus Ars, & in hac serie quinta vocatur, alit.
Astrono- mia.	Sexta planetarum cursus & signa globosque Monstrans hunc nutrit diuitis instar agri.
Geome- tria.	Illum metiri quæ cuncta scientia nouit Quicquid habet tellus, quicquid Olympus habet.
Ouidius.	Hinc Pelignus eos vates ait esse beatos, Illa, quibus primum discere cura fuit.

Hunc

THEATRI VRBIVM.

Hunc sua culta chelys, licet illa carere feratur  
 Fruge, vel inuidia pressa furenter, alit.  
 Quosque fouent Reges Comitesq; Ducesq; potentes,  
 Hos calamus patula nutrit in aure strepens.  
 Clauibus hic alitur, notasque trahendo canoras,  
 Rector & horarum quod vigil esse solet.  
 Atque magistratus collector in vrbe tributi,  
 Corporis hinc locuples fert alimenta sui.  
 Libraque iusticiae soboles, hunc publica nutrit.  
 Luce carens illum carcer opertus alit.  
 Illum cura fori, cibatur hunc inspectio fontis,  
 Qui ductus vitreas eiaculatur aquas.  
 Conuocat hic madidos ad dulcia vina sodales,  
 Clamorisque sui praemia digna capit.  
 Hunc nemorum tacito custodia tramite nutrit,  
 Hunc vini, hunc frugum cura fidelis alit.  
 Hic cumulat plures lethali puluere nummos,  
 Tristia qui multis funera ferre solent.  
 Bombardas victum parat hic fabricando crepantes  
 Fama cuculligerum, quas reperisse refert.  
 Ille sibi sumptus quaerit faciendo papyrum,  
 Ars licet haec fuerit non ita nota diu.  
 Et qui literulas ex plumbo fundit ad vsum,  
 Calcographi nummos colligit inde sibi.  
 Hic excudendo fit diues in vrbe libellis  
 In variis linguis quos Philomusus habet.  
 Hac sub utroque polo non arte venustior ars est,  
 Gravior & doctis commodiorque viris.  
 Cuncta teneremur digitis si scribere nostris,  
 Quae typicus celeri suggerit arte labor:  
 Tota libris hodie substantia nostra parandis  
 Quos usus poscit, vix satis esse queat.  
 Quaeue colore nigro tingit studiosa papyrum  
 Obruta perpetuo dextra labore foret.

Poetis.

Schreiber.

Muffler,  
 Ut moris  
 est in non-  
 nullis regi-  
 onibus.

Artes ma-  
 nuariae.  
 Bombardas  
 Monachus  
 nomine  
 Berchtol-  
 dus  
 Schwartz  
 Anno 1380.  
 inuenit.  
 Papi-  
 ma-  
 cher.  
 Schrif-  
 teffer.  
 Buchdr-  
 cker.  
 Laus Typo-  
 graphiae.  
 Vide Seba-  
 stianum Mü-  
 sterum cap.  
 93. de Ger-  
 man.  
 Es kan sehr  
 ein geringer  
 Student so  
 viel Bücher  
 zeugen / als

Ergo

DE EMINENTIA

guntor ein  
König.

Acker und  
Bauweid.  
Weinschen,  
den.

Gärtner.

Münzer.

Buchhinder  
der.

Maler.  
in qua no-  
stro tempo-  
re excellit  
Galli.

Böcker.

Seesamer  
ger.

Müller.

Messers  
schmidt.

Ergo pro tali grates tibi dicimus arte  
Omnipotens, cœli qui colis astra Deus.  
Hunc, decus Ausoniæ prænobile gentis aratrum  
Vnde perenne gerit, nomen Osiris, alit.  
Hunc fluxu gravidæ sustentant diuite vites,  
Qui modicè sumptus pectoralæta facit.  
Hunc lupulus fixis innitens fustibus altus,  
Ad Cereris spectans pocula grata, beat.  
Manuetæ volucres dant huic alimenta, pecusq;  
Melleq; cultorem quæ vaga mulcet apis.  
Hic varios flores & oluscula plantat in hortis,  
Vendere quos passim non sine fruge potest.  
Falx alium curuata, bidens hunc nutrit acutus,  
Cum pratis illum pomifer hortus alit.  
Hunc alit in regum generosa moneta culinis,  
Fulgida, cum docta, fabricat æra, manu.  
Hic variis herbis alitur, quas plantat in agris,  
Ordine quas cernit crescere ritè suo.  
Hic compingendo nutritur in vrbe libellis  
Qui muta iuuenes voce docere solent.  
Grataq; vel cuius hunc ars pictoria nutrit,  
Insculpens cupro comparat inde cibum.  
Ille sed historias, vultus, insignia, pugnas  
Quæ decus & multum pulchra nitoris habet.  
Arcubus hic alitur, volitantibus ille sagittis,  
Hunc alit in vigili succida lana domo.  
Quamplures illi pariunt caua dolia nummos,  
Præcipue vitis cum solet esse ferax.  
Huic chordæ præbent, huic dulcia fercula setæ,  
Atq; labore suo fert laticida cibum.  
Hunc vacuo nutrit nymbosus in aere ventus,  
Hunc velocis alit cursus opusq; molæ.  
Hunc crepitans forfex, illum vaga planula nutrit,  
Hunc funes, illum stricta securis alit.

Hic

THEATRI VRBIVM.

Hic sibi nigra parat plures per ephippia nummos, Quæ sedes equitum nobilis esse solet.	Sattler.
Ille tapeta sibi faciendo colligit aurum, Qua celebris quondam Paulus & ante fuit.	Zepperma- cher.
Huic bullæ sumptus, huic ars sculptoria præbet, Hos, incus, illos præuia nutrit acus.	Drechsler. Schneider.
Quique gerit sculpta solers ab imagine nomen, Ut faciat sumptus hic quoque lætus habet.	Bildschni- ger.
Illum turnus alit, cultor tonsorius illum, Pileus hunc, crines quo cumulantur, alit.	Barbier.
Hic luteas alitur saxis sternendo plateas, Ne iuuenis maculet comptaque virgo pedes.	
Quæritur huic fortes condendo pecunia muros, Cum lapides, tanquam glutine, calce ligat.	
Hic alitur cribris, faciendis ille fenestris, Hos pelles, illum furnus adustus alit.	
Hunc placidam patria sustentat in vrbe macellum, Hunc alit excutiens lintea fila ratis.	
Hic alitur discis, coclearibus ille cauatis, Hic ollis, alius cortibus, ille vitris.	Fleischhau- er.
Hunc varii calices, hunc cantharus æreus, illum Ligneus, ex ligno structaque vasa cibant.	Töpffer. Gläser. Kannegis- ser.
Hic alitur tractu saxis præbentibus ignes, Hunc seuum, hunc nexo fomite sulphur alit.	Schöster und Zeller- macher.
Hic alitur plumis, ars hunc fullonia nutrit, Comparat ex duris ossibus ille cibum.	Wetker.
Hunc alit aspirans attractum corpore ventum Follis, & accendens vrere ligna facit.	Blasbets- cher.
Cuius & à digitis lusoria carta paratur, Res est vendibilis, prospicit ille sibi.	Cartenma- cher.
Illi suppeditat fornax calcaria nummos, Et suus hunc patria nutrit in vrbe color.	Katzenbren- ner. Weißbens- der.
Suauiter hunc tectis caua tegula nutrit in altis, Hunc glaucus simili conditione lapis.	Ziegler. Steinbe- cher.

DE EMINENTIA

Bar Koch.	Hic pecudes alitur maectando coquendoq; Sponsis,
Spiellent.	Hunc thalami cantans gaudia nutrit ebur.
Bergleut.	Hic fodit in tenebris ex montibus æra profundis,
Schmeitzer.	Hic sed vt illa fluant igne crepante facit.
Ebelgestein sucher.	Hunc $\mu\acute{\nu}\rho\mu\iota\xi$ fodiens altis ex collibus aurum Indica, & hunc pingui corpore taxo beat.
Tiriack- trämer.	Colligit hic sicco nitidas in littore gemmas, Hunc bombyx nummos accumulare facit.
Sanbrocher.	Longinquis illum Dromodarius altus ab oris, Aut Histrix ductus vel leo fortis alit.
Kauflent in allerley Wahr.	Qua solet huc vnguenta suas extrudere merces Stentoreus media nutrit in vrbe sonus.
Wirtsträ- mer.	Hic res venales exclamat in vrbe per orbem, Corpus & inde suum quo foueatur habet.
Bauckler.	Pauperiem fugiens hic lata per æquora duram Nauigio merces inde vel inde vehit.
Wein und Bierschöck.	Hic aliis alitur mercator aromata vendens, Fercula quæ multum condecorare solent.
Jäger.	Compositis alitur variabilis histrio scenis Plurima qui magna præmia laude capit.
Kriegsteut.	Quiq; solet reliquis defendere caupo falernum Et Cereris succos, hinc vt alatur habet.
Postboten.	Hic etiam madidi concurrunt vndiq; fratres Vt Bromii læto pectore festa colant.
Steinmetz.	Hunc clamosa iugis venatio nutrit in altis, Hunc fera belligeri prælia Martis alunt.
	Atq; sua dulces feruante palestricus escas, Quam iuuenum valdè cæcus amare solet.
	Huic celeri cursu dat fercula grata veredus, Hunc data portantem grammata nutrit iter.
	Hic lapides alitur fodiendo ex collibus altis, E quibus heroes culmina celsa parant.
	Adde quod ex illis quoq; mænia summa struuntur, Quæ munire solent totius vrbis opes.

THEATRI VRBIVM.

Ad pontes etiam decernitur vsus eorum In quibus, & cellas, dulcia vina iacent.	Neuwöer. Wegsezer.
Insuper ad muros opus his vice sepi habemus Utque prius dixi purificando vias.	Fuhrteut. Schiffman.
Hunc biroti nutrit moles, hunc currus onustus. Hunc scapha, quæ tutum trans vada præbet iter.	Fischer. Wiert. Bierbräuer
Hunc alit æquoreis iniectus in amnibus hamus, Fercula conuiuis qui dare lauta solet.	Holzhauser Köler. Kleiber.
Ille coquit Cereris dulcis ex munere succos, Potio quo melius non placet vlla mihi.	
Hic alitur lignis, alius carbonibus atris, Hic alitur luteos ædificando lares.	
Ut solet esse frequens regionibus illud in istis, Quæ pariter saxi arboribusque carent.	
Hunc pix ex abie quæ defluit arbore, nutrit, Hunc coryli duro cortice fructus alit.	Hartmas cher. Rustmä mer. Vogeljäns ger. Mähter.
Hic volucres alitur viridi capiendo sub vmbra, (Qua delectatus Cæsar & arte fuit)	
Idque modis variis, obducto hic gramine ferro Utitur, hac pascere fallitur arte nocens.	
Utitur hic pedicis, hic retibus utitur, illi Fistula conduit qua capiantur aues.	Barnsticker Pfeiffmas cher.
Utitur obducens hic glutina ligna tenaci, Implicat has pariter blandus & arte capit.	
Allicit his volucres affixus in æere palo Bubo, admirari quem solet omnis auis.	
Hunc qua multiplices, hominum plantantur ad vsus, Res est nota, salix præbet amara cibum.	Pflanzger.
Eruit ex terris radices ille salubres, Quæ decus in medicis artibus esse solent.	Wurzels gräber.
Hic herbis alitur quas terra dat alma quotannis, Ex betulis illum virga putata cibatur.	Virg. in Moiet.
Hic alitur fertis varii nitidi que coloris, Grande puellarum quæ decus esse solent.	



DE EMINENTIA

Hic fungis alitur, sint frigida fercula quamuis,  
Hic fragis, viridis quæ dare sylua solet.  
Ille minutatim conscindere stramina ferro  
Callet, & hac victum sedulus arte parat.  
Huic decerpta ferunt solitos baccinia sumptus,  
Et bona quæ rubeo mora colore placent.  
Hic epulas fruges parat excutiendo flagello,  
Gratus aratorum qui solet esse labor.  
Hic alitur fecibus vinum cum vendit adustum,  
Cos illum pedibus quassa rotunda cibatur.  
Hic vario nummos vendendo quotannis inescat  
Semine, quod nuptæ tempore veris emunt.  
Ille gregem victum pascendo quærit, & ille  
Excubias noctu fercula quærit agens.  
Quemque suo ditant obeuntes funere mortem,  
Vespillo precium dulce laboris habet.  
Sit cecinisse satis de victibus illud honestis,  
Nunc etiam turpes enumerare iuuat.  
Hic fit adulando regum perdines in aulis,  
Hic alios victum quod malè tradit habet.  
Hic larium nares victum sibi comparat arctas,  
Purgando, fœdus sit licet iste labor.  
Colligit hic pauper per rura per oppida stipem,  
Corpus & in costo gramine fundit iners.  
Hic steriles reddit pecudes, pinguedine corpus  
Maiori possint ut decorare suum.  
Præterea sursum modo qui modo vero deorsum  
Voluitur, hac quærit conditione dapes.  
Cuius & in digitos baculus volitare videtur,  
Brachus ut in spinis, hinc capit ille cibum.  
Hic alitur furto, res est notissima, donec  
Litera carnificis longa fit ille manu.  
Vnde sibi victum quoque comparat ille, sibi que  
Hoc prodest, aliis quod fera damna tulit.

Iocus.

II

Ille

*THE ATRI VRBIVM.*

Ille solet putridas etiam purgare cloacas,  
Non alium potius conuenit iste labor.  
Et precium tali iustum sudore meretur,  
Nam foedo nares implet odore suas.  
Et si præterea quis in hoc manuarius orbe est,  
Quem sua sustentat qualibet arte manus.  
Quos breuis in magnum ne crescat Musa volumen,  
Hic mihi nequaquam commemorare datur.  
Holce Dei bonitas totum patris alma per æuum  
Sustentat, pascit, seruat, adauget, alit.  
Ergo sit æternos huic gloria summa per annos  
Quod nos, & quouis sic alit ipse loco.

Triburii, die Philippi & Iacobi. Anno 1588.

